



Quibus modis credendi verbum accipiatur in Sacris literis,

<https://hdl.handle.net/1874/423530>

6
b
QVIBVS

M O D I S C R E D E N D I V E R -

bum accipiatur in Sacris literis,

Expositio Georgij

Vuicelij.

Ecclesiæ Catholicæ, Paraclesin.

Heus mea quam docta es Genitrix de Numine puram

Hanc puro serua pectore Sponsa Fidem;

Hac te donauit sublimis ab æthere Sponsus

Hæc tibi neu desit deficiatq; roga.

Habak. I. I.

Iustus in fide sua uiuet.


An. M. D. XXXV. Februa.

DE 2 VENIVOS

ANNO 1580
IN LONDINI
ADIECIT
JACOBUS DE
VENIVS

LIBRARIUS ET CUPIDUS

EX LIBRIS
JACOBUS DE
VENIVS



ANNO 1580. JACOBUS DE VENIVS.

CANDIDIS

LECTORIBVS.

S. P.



VINQ VENNIVM FER ME EST,
quod Clamatorum istorum futili atq; infrugifera conci-
one adductus, & uolenta pertinacia, præterea superbiß-
immoderatisimisq; gloria iionibus adactus de Fide aliiquid
meditari coepi, non tam ut mihi p̄si in tot controuersiis hu-
ius enī certam sententiam tantā de re confirmarem, quām
ut ad pugnam Theologicam arma pararem, quorum p̄-
ſidio aliquando prouocatus, ex hærenia redirem incolu-
mis. Quicquid uero isthuc erat, nunc ē latebris erutum, recognoscere uisum est.
Sed hoc dum facio, in manibus renascerit, atq; noua prorsus facie induitur libel-
lus, ut iam primum ortus credi queat. Ceterum cur ego recognitiū, adeoq; de inte-
gro elugubratum euulgandum existem, facit Ecclesia ſollicitudo, & incitat de-
ſyderium multorum hominum, qui ſuę pietati nonnihil lucri ſpiritualis ex meis
operulis accedere, & literis & sermonibus libere fatentur. At omnium maxime
incendit me ad euulgandum ſecta tumor ac plus nimio effrenata libido, qua ſibi il-
la magisterium ſunt de Fide docendi, multos eius, atq; de ea tradiderunt diuine
littere. Huc autem iſtos ſuus impulit calor, & nescio quo rerum ſuccesſu inebria-
ta mens, ut Eccleſiam Catholicam, cui ſe iam olim hōtes ostendunt, poſte aquā
nudaffent doctrinę ueritate, ſacris deniq; ſuis, Fidei quoq; dono crudeliffime ſpo-
liarent, ne quid illi reliquum fieret, quod diceret eſe ſuum. Inde iſti non nimis di-
ſerti clamores: Eccleſia à fide deſciuit, & huic reflexerunt prophetiam Pauli ad
Timotheum. Nemo hac tenus fidem Christi habuit, ibi pauculos quosdam excepe-
runt, ne uulgaris iſauianam deprehenderet. Nemo fidem nouit, nemo docuit, uti nec
ipſum Euangeliū. Fidem hac tenus proſfigarunt. Fides extinta omnis ſuit. Qui-
bus clamoribus addiderunt dogmata ſui cerebri, idque magna in pietate, maiore
impudentia. Nempe proprias finitiones quid ſit fides, quid ſit credere, quomodo
ſcriptura fidem uirpet, & quid officiat & quid ſola p̄fert, & quod ſit tam bo-
ne uitę quam bonorum operum impatiens &c. Necesse uero habuerunt nouata
la confingere, ac conficta uerborum bullis tumefacere apud uulgum, Si quidem

A ij uetus &

E P I S T O L A

uetus & unice bona Theologia, qua Ecclesia nunquam caruit, explodenda erat.
Profecto fidei pretextu illi audaciis, homines damnum Ecclesie dederunt, omni
opinione misius. Fidei sub umbra offuscarunt in gentibus interq; nos magna ex
parte C H R I S T I gloriam, & dum apud se constituerunt, Solam fidem indues-
re, simul expulerunt fidem uniuersam, eam uidelicet quæ est erga Deum & que
erga homines, relinquentes & ad quendam erga Deum & plane punicantes
ga homines. Vobis confido lectores fratres hæc mea donariola haud quamquam
dissimilitura, que ego nullis verbis, at ipsa se se, si quid tamen laudis promerentur,
reornabunt: Et poterant eadem inimici non omnino inutilissima uideri, ni motio-
bus turbidis alio ferrentur. Cognoscetis Ecclesiam à Fide C H R I S T I: unde An-
nichristiana condemnari debeat: non desciuisse, quandoquidem nullibi in Biblijs sit
fidei mentio, ubi illa non constanter Confessionem desigat. Non illa recedit à pre-
dicatione fidei, modo prædicatio ad Christianæ fidei analogiam quadret, immo me-
gis contra accusatores suos Ecclesia, non solum coram Anania & Felice, quemad-
modum Paulus, Sed coram etiam multitudine omnium gentium intrepida festina-

ad Confessionem eius que in ipsa est speci, dicens hæc, hodie, & cras: Crea-
do omnibus, que in Legi & Prophetis scripta sunt, Spem habens
in Deum &c. Actu. 24. Verum hoc propensior ex am ad edi-
tionem, quod amuli calumnientur, me nisi de bonis operi-
bus nihil scribere, fidem & gratiam silentio transfe-
re. Eam uanitatem cum multa redarguiunt,
tum conuincet atque pudefaciet
ΟΥΤΟΣ ΕΛΕΥΧΟΣ.

Vale.

QVOMODO

V S V R P E T S C R I P T U R A F I -
dei uocabulum.



ECVNDO REGVM CA

pi. 15. Fidei mentio quidem fit, in lati-
nis Bibliis. Sed hebræa græcaq; non fidem, ueri-
tatem habent. Neq; enim secus accipitur ab He
brais Emeth & græcis & alibi.

Quarto Reg. cap. 12. Quia in Fide ipsi agebant. Hic habet te
xtus hebreus Emunah, Græci uero ἐν πίστι. Quo contextu p̄lam
et, fidem eo loco non accipi pro ea, qua Deo credimus, sed qua in-
ter nos ipsi fideles sumus. Quæ uirtus fidelitas uulgo uocari consue-
uit. Atq; ita fidem s̄episs. in Scripturis capi, serie sua docebimus.

Eodem libro, cap. 22. eadem uerba repetuntur, & omnino idem
sensus, nempe de fide humana. Sic enim eam appellare fidem libet,
qua homo homini credit. Hanc M. Tullius iustitiae fundamentum
non temere definit.

I. Reg. 26. Dominus retribuat unicuiq; secundum iustitiam su-
am & fidem. Ipse per istas cogunt ut fidem hoc loco de fidelitate
atq; integritate intelligere nos oporteat. Iurarat David se nunquam
percussurum Saulem quantumlibet atrocem inimicum. Quid iusfi-
randum fidem ueritatemq; & constantiam exegit. S. Ambrosius
præter alios docet iustitiam & fidem hostibus etiam exhibendam.
Iustorum, inquit, corda meditantur fidem &c. lib. I. off. cap. 29.

I. Paralip. 10. Et statuit eos David & Samuel uidens in Fide

A iii coruna

eorum Beemunatham. Si perspicias, intelliges pronomen eorum ad custodes constitutos pertinere, ob quorum fidelitatem ipsos ad id officij destinarat David. Cæterum nihil est quod custodem magis debeat atq; fides. Nam fidei suæ tot bona concreduntur.

Psalmus 33. Omne opus eius in fide. Linguae cæteræ huic consensint. Sentit uero Fidem, qua cognoscimus Opificem Deum per suæ creaturas, testes nimirum diuinæ manus.

Ezra. II. Fides cingulum renum eius. Hebreus habet Emundum. Græcus Alethia, non pistis, ut alias uerti solet. Refertur uero hic ad Dominum fides, sicut & iustitia, Nempe ea fides, qua promissa fideliter ueraciter seruat. Hanc uocat Apostolus fidem Dei. Sic deo fides tribuitur Psalm. 89. & 118. Non quod fidem habeat Deus, instar hominis, sed ea uoce ueritatem talibus in locis Scriptura signat. Hanc enim cum erga nos credentes constanter exhibet, Fidem habere seu potius seruare dicitur. Vide Roma. 3.

Idem ca. 33. Erit fides in temporibus suis. Hebreus Emundum. Græcus nihil certi hoc loco reddit, quod nimirum respondeat fonti. Nihil uero retulerit, hoc loco fidem seu ueritatem dicat. Vtrumq; Bonum in regno Christi regnat. Tamen si fides magis mibi arridet, propter promissiones patefacti Euangeli, que Fide nostra præhenduntur. Breuiter, indiuisa sunt hæc duo Veritas & Fides, Veritas Dei nostræ exigit fidem. Nostra contrâ fides ueritatē Dei requiriſt.

Hieremie cap. 5. Videte num existat, faciens iustitiam, requiriſt fidem & propitiabor ei, id est, urbi.

Mox ibidem. Domine, an non oculi tui ad fidem? Vtrobique fides pro fidelitate accipitur, quam frater fratri debet. Carpit hoc loco istius gentis perfidiam Prophetæ. Nam ne iurantibus quidem illis

Illi fides habenda erat, adeo fallebant fidem.

*Idem cap. 7. Periit fides. Quo loco deploratur populi impietas,
qua Deo diffisi, imo a Deo prolapsi, Idolum colebant. Perierat ita
que illi genti fides, primum erga Deum, quem ueracem, bonum, iu-
stum credere desierant, Deinde erga proximum, quem iurati etiam
circumueniebant.*

*Idem cap. 42. Testis ueritatis & fidei. Hebr. Fidelis habet. De
fidelitate agitur, cuius usus inter homines est.*

*Threnorum 3. Multa fides tua. Quae uerba quia ad Deum à
Propheta dicuntur, non dubium est, quin de ueritate fidelitatemq; Dei
dicantur, quam Paulus, ut supra, uocat fidem Dei, Ea est qua ipse
in præstandis pollicitationibus fidelis inuenitur. Ab hoc diuersum
est, quod Marci II. Fides Dei uocatur, nostra fides in Deum.*

*Hosee. 2. Sponsabo te mihi in fide. Quoties non indico diuersum,
ubiq; Hebreus Emunah & Pistis Græcus habet, quemadmodum
& isto loco. Vaticinatur Ecclesiae dominus, & promittit illi mysti-
ca illa sp̄osalia Ephe. 5. quæ uidelicet Fide cum Christo marito in-
imus. Nos illi fidem habemus constantem, atq; adeo Zelotypo serua-
mus, non declinantes ad deos alienos, Ille contrā nobis seruat fidem
per omnia, quippe solus uerax.*

*Idem cap. 5. Ostendi fidem. Hebreus habet, Notificauit fidelis.
Græcus, Ostendi fidelia. Sensus est, Feci, ait Propheta, quod mea fa-
cere interfuit. Satis bona fide. i. fideliter Iſraëlitis decretum domini
patefecit.*

*Habacuc. 2. Iustus in fide sua uiuet. Ita Hebreus. Græcus paulo
aliter: Iustus meus ex fide uiuet. Hanc uero fidem esse qua Deo cre-
dimus & ei quem misit filio, ad iustitiam, abude ex Apostolo liquet.*

In Fide sua, id est, qua credit Tabulam hanc de Messyah uentiro, et tam, ueram, ratam, suo in tempore rebus adimplendam. Ea nunc ad impleta est, quia uenit qui uenturus erat.

IN HISTORIA EVANGELII Fides plerūq; pro ipsa constanti fiducia atq; fidenti constantia pectoris humani ac cipitur. Quid quo sit certius, locos aliquot adnotabo. Matth. 6. habet increpationem: O modicæ fidei. Eiusdem capi. 8. Non inueni tantam fidem. Et cap. 14. Exigua fide prædite, cur has itabas. Et capi. decimosexto. Quid cogitatis intra uos, parum fidentes? Et cap. 17. Si habueritis fidem tanquam granum Synapeos &c. Sic in alijs Euangelistis. Luc. cap. 8. Vbi est fides uestra? Eiusdem capi. 18. Filius hominis cum uenerit, an reperturus est fidem in terra? Hoc de puritate Christianæ fidei intelligimus, quæ supremo tempore perrara in omni terrarum orbe erit, Diabolo quippe soluto et miscente omnia, ne solus pereat. Nec quicquam obstat, quo minus de simplici probitate accipias, Brudertreue. Theophylactus hanc interrogationem sic enarrat: Pauci numero erunt, qui erga Deum et inter se fidem seruabunt. Eiusdem Lucæ cap. 22. Ne deficiat fides tua. Sentit hoc uerbo se effecturum Dominus, ut Petrus incognita confessa. Fide sua solidaretur, Quæ fuit autem Petri fides alia, nisi qua credit Christum esse filium Dei uiui Matt. 16? Hac fides in inferno, extante tenebraru hora, periclitabatur. Restat unus locus Matth. 23. Reliquis grauiora legis &c. Vbi mea sententia pro fidelitate fides capitur. Ea est (uel gentili Cicerone referente) di etoru conuentorūq; constantia & ueritas. Atq; idem putat imitandos Stoicos, qui autemant fidem appellatam, quia fiat quod dictum est, Identidem S. Augustinus: Fides, inquiens, appellata est ab eo quod fit. Vnde semper honestiss. fuit illud: Dictum ac factum. Quod uero
bi de

bi de fide dicitur, quae uerbis promittit, re praestat. Huic uirtutis opo-
ponitur perfidia seu infidia. Quare is est sensus loci. Quin sat agite
Scribae ut a populo præter alia addecimetis Fidem, qua dictis stet.
quam cuius etiam inimico seruet, quam nulli ulla specie fallat &c.
Quoties uero de agrororum fide Evangelista scribunt, intelligimus
simplicissimam fidem, qua isti crediderunt dominum esse Christum
Propterea posse, in modo etiam uelle sanare.

IN EPIST. PAULI Fides potissimum accipitur pro
communi fide Christiana atq; Apostolica: Nempe, qua ex animo
credo homousion Trinitatem, præsertim Iesum Nazarenum filium homi-
nis CHRISTVM orbi promissum Messyam, & iuxta Dei filio-
rum unigenitum esse. Atq; huc solum pro me totoq; Mundo passum,
a mortuis excitatum, in gloria assumptum, futurum iudicem. Pro-
pterea uocat Paulus fidem (qua paſsim ingeminat) fidem Christi.
Philip. 3. Et fidem Iesu. Roma. 3. hoc est, fidem in Christum, fidem
in Iesum. Ceterum ne sibi quisq; somniet materiam fidei, preuenit
Apostolica Scriptura, addens uidelicet multis in locis, quo spectet
toties nominata Fides. Quam rem nosse, permagni referre arbitror.
Schisma clamat, Crede, Audimus. At porro addendum, quid cre-
dam. Et illud non de cerebroso dogmate addendum, sed è scriptura.
Nam hæc fidem sic nominat, ut pariter doceat rem fidei. Hinc Ioan-
nes tam in Euangelio q; in Epistola sua illud diligenter curauit, ut
non solum fidei faceret mentionem, sed eadem opera subijceret qua-
lem et cuius rei fidem. Vide in Euangelio huius cap. 4. 6. 9. 11. 16.
20. In epistola facit eodem more. Solet Paulus quoq; subijcere, quid
sit Fides Iesu, hoc est, quid de Iesu credi debeat, præsertim Rom. 10.
1. Theff. 4. Item Lucas Actu. 8. 16. Ad eum modum de incredulita-

B te quoti-

te quoties meminit, addit plerumq; qua in re eiusmodi hæreat uitium.
at Marci 16. & loan. 21. de Thoma &c. Recensui nonnihil ex-
empli causa in libello de Iustificatione, Sed delibemus Paulina loca-

R O M A. 1. Ut obediatur fidei inter omnes gentes. Hoc est, ut
omnes gentes accedant ad fidem Christianæ religionis. Idem cap.
16. Mox, Per mutuam fidem, id est, qua utriq; Christiani sumus,
idem aequo de Christo credentes, ut supra.

Cap. 3. Incredulitas illorum. Sentit Idololatrias Iudeos, de quibus
aperte 1. Cor. 10. Ibidem. Per fidem Iesu Christi, id est, qua crea-
dimus ipsum in carnem uenisse, ut peccatores saluaret, ut esset mundi
premium. Ibidem. Fide iustificari. Nam qui antedicta uere credit,
is pro iusto reputatur, etiam sine operibus præcedentibus. Ibidem.
Iustificat eum qui est ex fide Iesu. Vides adiectū Iesu, ut scias quid
credas, et ob quod Deo placeas. Eodem pertinet. Ex fide in fidem.
Quæ ingeminatio augmentum fidei poscit,

Cap. 4. Imputatur fides sua ad iust. Fides Iesu, ut supra. Mox.
Credidit Abraham deo &c. Quorūsum isthuc? Quæ mentio est in lo-
co illo genesis cap. 15. Iesu Christi, filij Dei, & tamen imputata ius-
tificare mentio fit? Respondeo. Paulus Pharisæorum & quorundam
Mosaïstarum antagonistæ Abrahamum, contra iustitiam quam illis
sua lex pepererat, inducit, quando ille non operans, Sed credens ius-
tificatus fuisse scribitur. Quid n. aliud poterat probabilius affer-
re? Deinde ne putas Abrahamum fidei Christi expertem fuisse, nō
obscurum est ex loan. 8. q; uere crediderit suo ex semine oriturū Ser-
uatorem populi. Postremo uoluit Paul. in Abrahamo fidei naturam
deliniare, ut nos ad illius exemplum credere disceremus, id quod ipse
uocat; in uestigij fidei eius ingredi. Nam nullibi fidei forma perim-
de traditio

de tradita est, atq; in calce b*uius* 4. cap. Ita; si tā certus ac securus
de Chrō seruatore nato ipse sis, q certus de Chrō seruatore nascēdo
Abrahā fuit, eādem cū eo iustitiā obtinebis, citra oia statuta Mosi.

Cap. 5. Iustus ex fide, Fide nimirum qua citra b*as*itationem le-
sum, Dei unigenitū, ab eterno genitum, carne indutum iam immor-
tali, Regem & pontificem, Redemptorem, Reconciliatorem, Medi-
atorem sincere credimus, fatemur, pr*æ*dicamus, amamus, colimus.

Cap. 10. Ex auditu fides. Quæ uero dia, nisi de qua mox dicit:
Si credideris in corde tuo, q deus Christum excitauit à mortuis et c.
Certum autem est, fidem Christianam, illam nostram instrumento
uocis humanae in orbe terrarum esse satam..

Cap. 11. Tu fide stas. Nempe Christi domini, qua nihil aut san-
ctius aut castius.

Cap. 12. Partitus est mensuram fidei. Idem esse existimo cum
Ephe. 4. secundum mensurā doni. Et I. Cor. 12. diuisiones donorū.
Ibid. iuxta analogiam fidei, subaudi, communis, quæ & lege & pro
phetis, nouissime apostolicis literis cōprobata est. Omnis doctrina Eccl
esiae ad Catholice fidei canonem quadret, alioqui notha fuerit.

Cap. 14. Infirnum in fide. Eum sentit, qui Christum quidem
secundum pr*æ*dicationem Apostolicam credit, sed eò reboris nōdum
uenit, ut donata per Christum libertate uti possit. Tenacius enim
aliquibus uetus ē iudaismo supersticio inhārebat, q ut cito excutere
ex ualerent. Tales uetus abiiciendos ob clementia mundi. Ibidem.
Tu fidem habes, Videlicet fidem cum scientia libertatis, de qua pau-
lo ante. Credere tu potes, licere tibi q*ue* sunt iudeis uetita. Suffer su
perstitiosulum, quando ipse quoq*ue* frater est. Mox. Omne quod nō
ex fide &c. Certum est apud me, hoc dici de eadem fide libertatis,

B ij cuius

cuius Scientia inflat, nisi adhibeas in consilium charitatem.

PRIMA CHORINT. Cap.2. Ut fides uestra &c.
Sentit indubie fidem catholicam, qua Christum filium dilectionis
Dei receperant,

Cap.12. Alij datur fides. Quā fides Christiana Christianis Corin-
thijs ex aequo omnib. per uerbū prædicatū cōtigerit, manifestū est hic
de illa nō dici. Recensio fit peculiarium donorū Ecclesiae donatorum
inter quæ hanc quaquā minūmum est fides illa effectrix Miracu-
lorum, qua omnes fideles prædicti nūquam fuere. Huius fidei immen-
sa potentia consolidauit plantas ac talos claudi illius celeberrimi
Actu.3. Vide textum. Habes huius quoq; exemplum in Ecclesia de
Gregorio, qui à miraculis ædendis Thaumaturgus appellebatur.
Vide Eusebium. De hac fide potissimū loquitur dominus Mat.17.

Cap.13. Si habeam fidem, &c. Liquet fidem, de qua iam dixi-
mus, hic quoq; memorari. Huiusmodi fidem habuerant discipuli uir-
tutum præstidores Matth.7. sed cum carerent recte factorum conſi-
entia repelluntur non usque adeo cōmittere.

Cap.15. Inanis est fides uestra. De Catholica fide loquitur.

SECVNDA CORINTH. Cap.1. Non q; domi-
nemur uobis nomine fidei, id est, Christianæ. Iniquum foret, si ego,
posteaquam in Christum credidistis, dominium in uos meditarer.

Ibidem. In fide statis. Commendantur à rectitudine dominice fi-
dei. Yr gleubt noch recht.

Cap.4. Habentes euendem spiritum fidei. Nam fides est fructus
spiritus sancti. Galat.5. Fidem qua credimus futuram corporis nos-
tri clarificationem hoc loco tractat. Atqui hoc quoq; ad commune
Symbolum Ecclesiae pertinet.

Cap.

Cap. 5. Per fidem ambulamus. Hic credimus futura, illic cerne-
mus presentia. Sentit fidem qua credimus æternam in cœlis conser-
uatam hereditatem, post clarificationem nostri reuelandam. Quæ
fides speculari aspectui assimulatur. I. Cor. 13. Huc spectat Ioannes:
Non dum apparuit, inquietus, quod futuri sumus. Ultima hæc Sym-
boli pars.

Cap. 8. Abundantes fide. Qua nimis Euangelium recte per-
fecteque creditis, nec ulla parte dubitatis, sicut estis edociti.

Cap. 13. Vos ipsum probate, num sitis in fide. Explorandus sub-
inde tibi ipsi animus tuus est, num serio credas Tris hypostaton De-
eum, præterea negotium humanæ salutis per mortem Filij, num in
ullo uerbo Dei fluctues, num de ijs, quæ de futuro sæculo feruntur,
hæsites &c.

GA L A T A R V M Cap. 2. Per fidem Iesu Christi iustifi-
fic. Exprimit qua de fide loquatur, ut in Romanis. Ibidem. In fide
uiuo, quæ est filij Dei. Iterum exprimitur fidei substātia, id est, Chri-
stus Iesus, in quo ceu fulchro collocatur ac subsistit Christianorum
fides. Roboratur ea fides in nostris pectoribus ex illo uerbo: Qui di-
lexit me & tradidit semetipsum pro me.

Cap. 3. Ex prædic. fidei. Nempe eius quæ est de filio, inq; filia-
um Dei, salvatorem mundi. Ibidem. Qui ex fide sunt. Qui scilicet
Euangelium uero corde credunt. Ibidem. At posq; uenit fides, No-
uui uidelicet Testamenti, fides hereditatis, fides uere Euangelica. Se-
cūs his in locis non sufficitur. Cap. 5. sed fides. Euangeliū puta. Nam
nos aliam nescimus.

Cap. 6. domesticos fidei, id est, Christianæ, hoc est, confratres et
confessorès.

EPHE S. Cap. 1. audiens fidē uestram, Qua receperitis Chrt
stum, facti Christiani. Nam mox sequitur: qua est in Christo Iesu.

Cap. 2. Gra. salua per fidem, Qua in Christū credidistis, mis-
sum in hoc, ut è Malo saluet sibi adhærentes & se imitantes.

Cap. 3. Per fidem. Hic uides distingui fiduciam à fide. Fides in
Christum fiduciam quādam parit, qua libere audeo accedere, pete-
re &c. Sic Theophylact. fides fiduciam nobis adjicit & confiden-
tiam. Ibid. Ut inhab. Chr. per fidem. In Christū quia creditis, recte
de hoc sentitis. Cap. 4. Una fides, Nempe Christiana. Heres-
ses quia unitatem fidei huius diserpunt odimus.

Cap. 6. Scutum fidei. Fidei catholice castimonia declinamus ue-
neficos seductorū errores. Fiducia erga deum declinamus mortife-
ra diaboli tela quibus ad peccandum inflamat.

PHILIPP. Cap. 1. In gaudium fidei. Ne arbitremini rece-
ptam fidem Christi præter præssuras torsionesq; in hoc saeculo ba-
bere nihil, gaudebitis ob eam receptam, me uiso &c.

Cap. 2. Liturgia fidei uestra. Qua ego uos non citra pudorem
ad Christianam pietatem perduxī.

Cap. 3. Per fid. Christi. luxta exprimilur, quo nitatur toties
petita fides.

COLOS. Cap. 1. Audientes fidem uestram, id est q; Euangeliū
fidei receperitis, committentes uos ipsi et c. Omnia de commi-
ti Euangeliū fidei. Sic mox: Siquidem permanetis in fide. Statim
subiicit, qualē uelit fidem, Nec dimouedamini à spe Euangeliū.

Cap. 2. Soliditatem uestræ in Christum fidei. Audit commenda-
ri Christianos à constantia & firmitate semel receptæ fidei Euangeliū.
Hac tñstar termini nulli cedit.

Prima

P R I M A T H E S. cap. 1. Propter opus fidei. Hoc est, quod fidei Christianæ causa multa impigre feceritis, multa pulchre tuleritis. Ibid. fides uestra. Id est, ubique percrebuit rumor Theffalos ex impuris gentibus Christianos factos esse.

C ap. 3. De fide nostra. Quæ est Christiana, odio habita, profli- gata, sed qua nihil præclarius sub cœlo. Ibid. ut cognos. fidem uestram. Videlicet an abduc in recepta Euangeliū integritate perdureatis. Mox fidem. Das es noch recht umb euch Vuere. Nam sequitur, Si uos fide statis in domino. Ibid. Ut suppleamus quæ desunt fidei uestræ. Si qui forte alicubi addubitarent, aut minus scirent, aut eti. am aberrarent in fide religionis nostræ.

S E C V N D. Theff. Cap. 1. Augescit fides uestra. Dū quo- tidie rem Christianā magis atq; magis intelligitis, dūq; semper certiores de causa reddimini, uosipso uincitis, ad perfectionē ferimini, et c. Ibid. Cōplete opus fidei: perficiat deus quod cœpit, ut negotiū fidei Christianæ felicissime procedat. Cur uero secus supra accipiat: opus fidei, facit quod ibi sequitur: labor charitatis & sufferen- tia spei. **C ap. 2.** In fide ueritatis. Veritas fidei basis est, Veri- tate constituta, commode creditur.

C ap. 3. Non est omnium fides. Christi fides à multis, non ab uni- versis unquam suscepta est, quia non est de hoc mundo. Si de mundo esset, mundus quod suum est diligenter. Alijs itaque stultitia, alijs peccatis, alijs impietas, alijs scandalum semper ea fuit. Hinc illa querela: Domine quis credidit auditui nostro?

P R I M A T I M O T H. Cap. 1. fidei ευπονιτου. Ea est quæ sine ullo fuso erga Deum & hominem utimur. Ibid. Cum fide, ex Iudaismo in fidē Christi conuersus. Mox habes fidem

fidem Christi sanam tamen. Mox circa fidem, certe Christianam,
quam exuta conscientia isti non magnificerunt.

Cap. 3. Mysteriū fidei. Fides christiana mystica fides dicitur, cō q
in mysterio recondita ante fuerit q̄ nascetur Christus. Cap. eodē
cādē fidem uocat Mysterium pietatis. Ibidē. acquir. mul. liber. in
fide que est in Christo. Sensus est. Fideles in Christo diaconi per e
gregia sua diaconiae facta, multa dein in Ecclesia audiēbunt, antea
quippe subtimidi, fiunt celebres &c. Ibid. Fides illi habita est, Nem
pe quod sit Christus qui est, seruator Mundi.

Cap. 4 Descendent quidam à fide. A qua, nisi Christiana, qua
est uera pietas, miraculis & sanguine comprobata? Ibid. In fide,
Quam Christiani excelsis animis profitemur. Ibid. Fidem abnega
uit. Christus tale non agnoscet in grege credentium. Dicet, apagesis
operatrix iniquitatis. Non patior diu in Ecclesia fideles ore, infidea
les opere. Ibidem. Quod primam fidem reiecerint. Sentit hoc loz
eo fidem continentiae uiduialis, Hanc primam appellat cō quōd pri
us professi erant, se non uelle recumbere. Apocalyp. cap. 2. legis pri
mam charitatem. Vide Augustin. de bono uiduitatis.

Cap. 6. Sectare fidem. Solet eam numerare inter reliquias uirtu
tes, id est, fructus spiritus. Sic 2. Timoth. 2. & 3. Mox certamen
fidei. Christians religioni sua est militia, suis agon. Ibidem. aber
rarunt à fide. Hoc supra extulit: Naufragium circa fidem fecer
runt. Aberrant autem à fide qui rebus alijs allecti, imprudentes &
sensim adducuntur ē Christi regno, ut foris pereant. Sic 2. Timoth.
2. circa ueritatem aberrarunt. Ndm sunt duas sorores Fides & Ve
ritas.

SECUNDA TIMOTH. primo. Non simulatae fidei. Sunt

dei. Sunt enim qui se ingerunt & uendant pro Christianis fidelibus, & non sunt, fallentes semetipsos & Ecclesiam, at non Deum. Talis Symon Act. 8. Et fidi Catechumeni apud Eusebium.

Cap. 3. Subuertunt quorundam fidem. Eterodidascalit turbant discipulos Apostolorum. Nam quod iij didicerunt, illi dedocent & sua commenta audiis animabus infarciant. Sentit fidem resurrectionis future. Hæc una pars Symboli.

Ibidem. reprobi circa fidem. Simulant quidem fidem Euangelij, sed reuera ab ea abhorrent. Ne itaq; crede illis iactatibus fidem. Non nouit eos nostra religio.

Cap. 4. Fidem seruauit, Nempe suscepti Apostolatus. Tale Latini dicunt: liberaui fidem meam. Vide Hose. 5.

TITI. Cap. I. luxta fidem electorum Dei. Apostolus missus sum, ut electos Dei doceam fidem Christianam & ueritatem Euangelicam. Mox. luxta communem fidem, id est, qua uterque Christiani sumus. Ibidem. Sani in fide. Hoc est, in uerbo & doctrina fidei, ne contrahant luem erroris. Nam mox sequitur: non attendentes fabulis. Fert & noster Idiotismus, ut pro doctrina fidem dicamus, quandoquidem è doctrina fides scatet. Quemadmodum igitur doctrina, ita fermè fides est.

Cap. 2. Sani fide, id est, absq; superstitione ueteri, aut rationis humanae morbo. Ibidem. Omnem ostendentes fidem bonam. Quis non uidet fidem hoc loco accipi pro fidelitate?

PHILEMO. I. Fidem. Mox adiicit: quam habes erga dominum Iesum. Is est, in quo nostra fides gaudet.

HEBRAEORVM Epistola, docet Fidem ea ratione, qua capite 4. Roman. Agit hoc Apostolus, ut imitemur Patriarcha

Crum

rum fidem, ob id tanta diligentia nobis sanctissima exempla propo
nit, querens in singulis fidem, qua uel crediderunt simpliciter Deo
Deiq; uerbis, uel qua fisi fuerunt in eo, per uarios casus, per tot di
scrimina rerum.

A C T O R V M Cap. 6. Plenus fide, id est, plene, perfecte
ac constanter credebat Iesum esse Christum, contra reluctantes sy-
nagogas, Nihil plane hærebat inter tot contradicentes. Paulus uocat
hoc: abundare fide.

Cap. 13. Querens cum auertere à fide, Ne uidelicet fidem ha-
beret doctrinæ Paulinæ fidem sentit Euangelicam, cui præterea nul-
la unquam succedet.

Cap. 14. Videns quod fidem haberet, fore ut sanus fieret. Hæ-
est illa fiducia, de qua in historijs Euangelistarum.

Cap. 15. Fide purificans corda eorum. Loquitur Petrus de gen-
tibus ad Christianam Religionem translatis, unde factum, ut inter
impuros Idololatras communerari non possint, nec opus esse ut obser-
uatione iudaicæ legis expientur, quemadmodum aliqui contendeb-
ant, sed satis pueros ac expiatos esse, posteaquam Euangeliu*m* cres-
didissent.

I A C O B . Cap. 1. Postulet in fide. Admonet de fide, quam ad
præcationem dominus requirit cum ait, Credētes accipietis Mat. 21
Quid uero credentes? Patrem in cœlis benigne auditurum, & exau-
diturum deniq; nisi dissuaserit nostræ salutis ratio.

Cap. 2. Si fidem dicat aliquis se habere. Fidem Euangeliij.

P E T R I . Cap. 1. Custodimini per fidem in salutem. In fide
de Christi persistentes usq; ad finem salui erunt, Darauff vuerden
die Christgleubigen gehalten vnd gehegt albie, das sie dort frolich
sein

sollen. Sic Ibid. Reportantes finem fiduciae salutem.

Cap. 3. Rationem spei & fidei. Nihil indubitatus quam fides
Apostolicam huiusmodi in locis intelligi.

Cap. 5. Solidi in fide. Nam si uacilles in fide Christi recta, non
possis in militia spirituali consistere. Aut si mauis, accipe de Panoplia Ephe. 6. Scutum fidei &c. pugno fiducia cum diabolo, pu-
gno fide cum haereticis.

IOANNIS. 5. Hæc est uictio, fides nostra. Qualem fidem
sentiat mox exprimit: Quis est, inquiens, qui uincit mundum, nisi qui
credit, qd; Iesus est filius dei? Vicit uero, dum non credit neqz secun-
dae neqz fortune aduersæ. Qua fortitudine fit, ut uincantur tandem
aduersarij, & dent gloriam Deo.

Q V E M F I D E L E M

dicant Biblia.

F IDELIS in Biblijs Veteris Testamenti non aliter ac-
cipitur, qd pro eo quod germani dicimus Getrevue oder
glaubvuirdig, qui & amat & præstat fidem integerri-
mus. Hebrai talem Neeman appellant, das ist einer der gewijs ist.

Vnum locum assignasse sufficiat. Psalm. 12. Imminuti sunt fi-
deles à filijs hominum. Conqueritur Propheta Emunim, id est, ho-
mines fide ueritateqz præditos in populo tam numeroso desyderari.
Nam mox sequitur: Corde & corde locuti sunt. Rursus, Labia de-
losa. Et: frustra loquuntur &c. Similem conquestionem de rarita-
te integrorum hominum legis Hieremias.

C ij Pre

Pro eodem item accipitur in libris Noui Testamen. Si aliquot locos demas, Nimirum Ioan. uigesimo de Thoma: Noli esse incredulus sed fidelis. Et 1. Corinth. 7. Mulier fidelis. Cap. 14. Non fidelibus, Sed infidelibus. Sic quoque contrarium 2. Corinth. 4. mentes infidelium. Et cap. 6. Quae pars fidelis cum infideli. Et 1. Timothe. 4. fidelibus. Ibidem, maxime fidelium. Capi. 5. Si quis fidelis. Cap. 6. Si autem fideles habet do. 2. Timothe. Hac commendata fidelibus. Titi 1. filios fideles. Actu. 10. ex circumcisione fideles. Cap. decimo sexto, discipul. fidelis. His in locis, & si qui pauculi alij sunt, intelligitur fidelis non aliter ac pro eo quem nos dicimus fratrem aut simpliciter Christianum. Nam à fide Christi fideles, sicut ab ipso Christo Christiani dicimur. Contra infidelis, pro pagano capit, qui à fide nostra alienus est. Ceteris in locis scripturæ, ut supra memoravi, accipitur. Nam si de DEO legitur, quod sit fidelis, intelligitur, quod fidem promissam seruet. Si de hominibus intelligitur, quod fidi sint aliis erga alium, praesertim in officijs & ministerijs. Supra tale humanam fidem appellauimus, posset & fides mundi dici, sicut pax mundi. Ioan. decimo quarto: Ea fides olim in precio Christianis erat, adeò ut quoties conuenissent, sacramento se obstringerent, quod non uellent fidem fallere. Quare hæc inter nos uigere semper debet, qua uidelicet fidi atq; ueraces simus, in cuius synceritatem significandam olim Charites illæ nudæ pingebantur. Quanquam uero Fides & credulitas eodem recidunt, attamen non abs re confido futurum, si posteaquam quid fides in Scripturis sit diximus, adnotemus etiam, quam in ijsdem credulitatis nomen uim habeat, idq; seorsum, propter dissimilitudinem quam apud Latinos habent, maxime ex sono & literis.

Quid

QVID VOCENT CRE- dulitatem.

GENESIS Capit. 15. Credidit Abraham Deo,
Credere Deo, ibi est credere uerbis Dei, nempe ijs quæ
præcedunt: Sic erit semen tuum. Simile habes Ioan. 4.
Credidit homo sermoni Iesu, Nempe huic: filius tuus uiuit. Prolato
itaq; uerbo Dei adhæret credulus, ualedicens rationi, sensui, experien-
tia, cogitationibus in corde refragantibus. Sētiens uero immense de-
Dei potentia, planè persuasus, ita esse, ita fore, quemadmodum so-
nuit prolatum uerbum.

Exodi cap. 14. Crediderunt domino & Moysi seruo eius. Quod
dictum ut superius accipiendum est, uidelicet, de fide uerbi Dei, Mo-
se ministro uulgati. Non erant illis fabula, quæ de Deo audierunt.

Tale Ioan. 2. Crediderunt in dominum discipuli, nempe conspecto si-
gno in Cana.

Cap. 19. Et credant tibi in æternum. Quid hic dices? Nam He-
breus habet. Et etiam in te credent &c. Igitur ne in Mosen creden-
dum? Recte ergo reddunt L X X. oī quod Hebræi becha habent, ut
in telligas de fide uerbi per Mosi ministerium.

Primo Paralippom. Cap. 5. Ad de.cl. & exor. eis, quid con-
fisi fuerant in eo. Ita enim Hebreus. Græcus ἡλπίσας. Hoc loco for-
tis illa & insuperabilis fiducia docetur. Neq; enim commune illud
Heemin, sed Batah est, quæ uox confidentiam quandam securam et
securitatem confidentem significat.

2. Paralipom. 16. Innixo te super dominum, tradidit eos in ma-
nas tuas. Nec hic, uti nec supra, credēdi uerbo utitur Scriptura, Imo
nec fidendi, Sed saan dicit, uerbum insigniter diuinum, & in quo

C iij uim

uim Fiducie plenissime descriptam habes. De hac in fine libelli.
Super Deum & opem ita inniti, exuperat omnem humani ingenij
captum.

Cap. 20. Credite domino deo uestro, & certi eritis, Credite pro-
phetis eius &c. Hic ponitur uulgare credendi uerbum Haemini,
id est bis, ut certum sit, de fide pronunciati sermonis Dei dici, ut sup.
Exodi 14. Nam idem est cum superiore uerborum ordo. Sensus lo-
ci est. Prophetæ populo præliatuero animum addiderant per uerbum
dei, huic igitur ut credant ac pareant hortatur rex.

Psalm. uigesimo septimo, Credo uidere bonum domini. De sim-
plici fide, qua sibi persuadet uir, se a domino non omniuo desertum
iri in terris.

Psalm. 106. Crediderunt uerbis eius. Per se hoc dilucidiss. est.
Porro magnum est, Deum ex corde credere, Maxis, uerbis eiusdem
credere, Maximum deo fidere.

Psalm. 116. Credidi propter quod locutus sum. Primo obseruan-
dum, idem esse uerbum, quod Psalm. 27. in praesenti Latinus uerit.
Sensus est e Paulo petendus. 2. Cori. 4. Quia credo in Deum, non
possum non de eo uerba facere.

Psalm. 118. Praeceptis tuis credidi. Credo domine praecpta Mo-
si, tua esse, inquit eis tuam cognosci uoluntatem. Hoc certum teneo, nec
erit eius apud me dubium unquam.

ESIAE Capite 7. Si non credideritis, non permanebitis.
LXX. Sic, Si non credideritis, non intelligetis. Ceterum Hebrei
secus legunt, uidelicet in hunc modum: In illo thaemini kilo theame-
nu. Quo loco doctissimi quique laborarunt, horum alii uertunt: Si non cre-
dideritis, quia non fideles eritis. Alii, Si non credideritis, ne uos in-
creda

Creduli sitis oportet. Alij, Si non credideritis, nulla uobis seruabitur fides. Sed quod ex his eligemus? Sunt illi pro sua quisque industria commisi, ueritatem ueritate reddere. Sciendum itaque secundo Paralipom. uigesimo eandem reperi locutionem: Haeminu uthaamenu. Qua iucundissima uerborum affinitate delectatus est spiritus sanctus, atque hoc potiss. in Esaia. Iam constat illud idem theamenta in Paralipom. à Latinis uersum; Securi eritis. Quod si recte illic uersum est, cur non hic quoq; ita uertitur? ut sit textus: Si non credideritis, non securi eritis. Sed ut quod tutissimum est sequamur, conferenda scriptura scriptura est. Et ij duo loci, examinatis circumstantijs, pro uno eodemq; enarrandi sunt, maxime cum eadem res utrobius agatur, Et etiam utrobius uerba consentiant. Prædictur enim uistoria, Domino procuraturo, quam à populo futuram credi oportuit. Credere autem est certum esse de eo quod quis credit. Proinde quum Hebreis Aman et credere et certū esse significet, ac utrumq; ceu unū ad nos pertineat, sic redi, meo quidem iudicio, debuit: Si non credideritis, non certi eritis. Nam certitudo futuri eventus à domino prædicti, fide obtinenda atq; possienda est. Et quid aliud nobis est fides nisi certitudo? Tale uero sibi uelle prophetam uel sequens signi promissio de uirgine puerpera evidentiss. facit. Nam signum appendatur certo futurum (nunc factum) quo illi fierent certiores. Summatim, Fides facit nobis uerbum dei certum ac ratum. Fide ablata, incerti mobilesq; quouis raptamur.

Esa. 28. Qui credit, nō festinabit, siue ne festinet. Ut rūq; textui congruit, ego tamen posterius mallem. Sunt qui reddant. Qui credit, nō cadit. LXX. Et Petrus sic: Qui crediderit in eo, nō pudebit. Fortasse lectum est à Gracis illis, sc̄e pro hos, quorum illud confusio nem,

nem, hoc festinationem sonat. Voluit autem Propheta cauere, ne
populus suorum temporum de lapide Zionis, id est, Messya promis-
so audiens, illico implendum putaret. Vos quod dico credite, nec cu-
rate, sit ne isthuc citius aut serius futurum. Messys ueniens ueniet, et
non tardabit, Sin tardabit, expecta. Inspice Pinacion. in Abacuc.

Cap. 53. Quis credidit auditui nostro? Hoc de fide Euangelica
atque Apostolicae prædicationis, quæ adultioribus difficile persua-
detur. De hac uide Roma. IO.

D A N I E L I S Cap. 6. Quia credidit Deo suo. Sic quoq;
L X X. Tametsi Chaldeum: in deo suo: habet. Capitur hic crede-
re pro fidere, ut saepe in Euangelistis. Habet tamen textus Hemini,
id est, credidit, non Rehatz, id est, confisus est. Consentit cum origi-
ne Grecus επίσεντος.

I O N A E Cap. 3. Crediderunt Ninivitæ in domino. L X X.
more suo omittunt præpositionem in. Loquitur de Fide, qua gentes,
contemptis Idolis, in Deum cœli credere consueuerant. Qualem fide-
dem iam totus ferè orbis habet.

C O N S V L A M V S præterea Noui Testamenti libros,
sed ita ut nemo posset breuius. Parerga nemini conducunt.

M A T T H. Cap. 8. Ut credis ita fiat tibi. Fidens loqueba-
tur Centurio, non solum credens, quid est dominus. Breuiter, per
suasim. habebat, curare posse Dominum, uerbulo etiam, nedum ad-
mota manu. Heroica planè fides, Ad hanc quisq; suam dijudicet.

Cap. 9. εάροι fili. Iubet esse fidenti atq; alacri animo, Nam o-
mnia prospere cessura.

Ibidem. Creditis me hoc posse facere? Exprimitur quid debue-
runt illi

runt illi credere, nempe omnipotentiam Iesu, hominis in mundo de specie licet. Persuasio mordicus teneda est. Non esse impossibile apud Deum quicquam.

Cap. 18. Pusilli qui in me credunt. De fide nostra, id est, Christiana, quis creditur Iesus (quem uulgo fabri filium existimabant) unus Messias, Agnus dei, Saluator electorum, Iudex saeculi.

Cap. 21. Quicquid pet. credentes accipietis. Fides orationis ut supra in Paralip. & Iacob. I. ut orantes credamus pollicito: Petite & dabitur uobis. Etsi hic de ea fide loquitur, quae sicum a refaciat, mox transferat, claudio talos consolidet &c. De hac alibi.

Cap. 24. Nolite credere, Nempe impostoribus illis Iudeis, qui se magno ausu pro Christis siue Messias apud populum uenditabunt, me ablato &c. iuxta illud: Alius ueniet in nomine meo &c. Talis præstigiator fuisse fertur Bencuzibas sub Imperato. Hadriano, qui conuocato populo dixerat: Ana Masiab, id est, Ego Christus.

M A R C I. I. Credite in Euangelio. Hebraicum Marcus ex presbit, quo scribi solet, credere in Deo, in Mose, in Prophetis &c. pro credere Deo, Mosi, Prophetis, quod alibi admonuimus. Credite Euangelio, quod sit non hominis, sed Dei Opt. Max. Dei Abram Isaac & Iacob, qd sit adnuntiatio humana salutis, quod in eo salui fiamus I. Cor. 15. Credite Euangelium, recipite uobis oblatum beneficium. Hoc uero factum esse, testatur Paulus: Myste. Creditum est in mundo I. Timoth. 4.

Cap. 5. Tantummodo crede. Sentit fiduciam fortem, quæ adiumento est a dendis signis. Eadē supra: Creditis me hoc posse facere?

Cap. 9. Si potes credere. Travestu mirs auch zu: o multo difficultatum, Christo in terris nondum glorificato, id temporis tantum fidere. Credo respondet homo, sed mox difficultatem sentiens clas-

D mat:

mat, Bothe uou tñ & pñsia. Bone deus, quæ hic fuit lucta, quod refragium? Voluit credere, Christum impossibilia posse, nec ualuit, sensu nimirum communis renitente.

Marci II. Credite quod accipitis, & erunt uobis. Hic locus est quem Matth. 21. habet de fide orationis, glossematis uice est. Illic dicitur simpliciter credentes, at hic additur, quid debeat credi, uidelicet, nos accepturos postulata.

Cap. 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. At quid credat? Ne mihi imponas, quando sententia haec, si ulla, uulgo teretur. Respondeo. Præcedit: Prædicate Euangeliū, cui subiungitur: Qui crediderit, nempe prædicatum Euangeliū. Quid ea ostensio ne firmius? Nam sicut Dominus cap. primo, ad credendum Euangeliū, gentem Iudaicam hortabatur, ita capite decimo sexto discipulis mandat, ut ad credendum Euangeliū ipsi quoque omnes populos inhortarentur. Nec enim hoc ultimum à primo diuersum est. Ergo quicunque crediderit, id est, quicunque et cuiuscunque uel gentis uel conditionis uel sexus, uel religionis, Euangeliū Christi, filij dei uiui, in mundum à patre missi, seruatoris nostri, fide non facta receperit, & Sacramento Baptismi se illi obstrinxerit, saluus erit à diabolō, peccato, & morte secunda. Etenim non est aliud nomen sub cœlo, in quo quis saluus fieri possit. Actu. 4. Iam quotquot Euangeliū Christi fide receperunt, eis in uitæ sua Christo obedire necesse est, ut apprehendant uitam æternam.

Lucæ Cap. 1. Eò quod non credidisti uerbis meis. Palam in testitu uides, fidem uerba Dei respicere. Hæc est fides Abramica, id est, fides promissionis.

Ibidem, Beata quæ credidisti, Nempe uerbi Angelii, quibus te Deiparam fore prædixit, Quoniam ea perficiuntur. Hic finis fidei istius

istius, uidelicet, factum esse, quod futurum credebamus.

Cap. 8. Ad tempus credunt. De communi fide, qua Euangelium prædicatum ceu semen iactum concipitur. Crux Ecclesiam ab ijs purgat, qui instabiles sunt, quiue in fide nihil soliditatis habent. Attamen illi credere dicuntur. Mox, Ne credentes salui fiant. Ergo qui in fide Christiana solidus & in uirtute fidei subministra ta usq; ad finem perseverarit, is demum saluus erit.

Ibidem dægōra filia, fides tua te saluauit, Nimirū à morbo isto. Sæpe reddunt oīō-wrē sanauit, ne quid dubites. De fiducia infra dicā.

Cap. 16. Quod uer. est, quis credet uerbis? Credere pro concrede re hoc loco capitur. Ad quem modum Roma. 3. Gal. 2. Titi 1. quoq; capitur. Sic Ioan. 2. Non credebat semet eis &c.

Ibidem: Non credent etiam si quis ex mor. e tc. Adparet, quid hic spectet credere. Superstites illi credebant quidem in Deum, ut alij, sed iustum Deum, punitorem tam immanem non credebant. Hanc igitur fidem è scripturis, non à mortuis disci uult.

Cap. 24. Illis præ gaudio non credentibus. De fide Resurr. domini. loquitur, quæ est maxima pars Symboli.

Ioan. Cap. 1. Quotquot crediderunt. Quid uero? In nomine eius. Irrefutabile est, non hoc loco solum, uerum etiam per totum ferè Ioan nem credendi uerbum haud aliter accipi, quam pro eo quod est, credere Iesum esse Christum, et unicum Dei uiui filium. Ipse Euangelista ubiq; solet addere, quid nam Apostoli crediderint, quod idem nobis credendum. Nemo affingat claro textui, sui cordis uisionem.

R O M A N. Cap. 1. Omni credenti, in Christum, secundam predicationem Euangelij, ut supra.

Cap. 4. De fide Abrāha firmis, docemur fidem uerbi, aduersus omnia tentamenta.

D ij Cap.

Cap. 10. Corde creditur ad iust. Qualem hic credulitatem sentiat, paulo ante expresserat dicens: Si credideris in corde tuo, q. Deus illum excitarit à mortuis. Quæ est nostra fides, sola Catholica, sola Euangelica. Mox de eadem: Quomodo credent. &c. Nam cognitio præcedit fidem. Cognito Christo, credo Christum.

I. Cor. 13. Char. omnia credit, id est, credula perquam est. Nam alios homines pius homo ex se estimat, unde toties deluditur.

2. Corin. 4. Et nos credimus. Mox addit, quid: Scientes q. qui sa scitauit do. à mortu. &c. Quid enim aliud est credere q. scire? Hinc Iob. cap. 9. Amnam iadabhi, id est, Certo scio, amen mibi est, Qu. d. credens scio. L X X. In ueritate habent.

Passim in Corinthijs eius fidei mentio fit, quam uulgo rectiss. Christianam fidem, siue persuasionem Christianæ religionis appellamus, Imò in toto penè Paulo, ut supra.

Hebræ. Cap. 4. Nos qui credimus. Disputat contra priscos Iudeos qui uerbis Dei non fidem habebant, promittentibus terram bonam &c. Nos uero illis prudentiores, credimus, ita fore. Est fides promissionis nondum impletæ.

Cap. II. Accedentem credere oportet. Addit quid oporteat credere, Nimirum q. Deus sit remunerator querentium se.

Acto. Cap. 2. Qui credebant. De fide Christiana, quam prædicta in Euangelio Ecclesia.

Cap. 8. Si credis ex toto corde. At quid? Quod præcessit, uidelicet, quod Iesus Nazarenus sit agnus ille Dei in Esaia.

Cap. 13. Proconsul credidit admirās super doctrina domini. Vel hæc adiectione clarum facit, quid ibi sonet credere. Ibidem. Crediderunt quotquot er. &c. **Cap. 16.** Crede tu. &c. **Capit. 17.** Quidam ex eis crediderunt. Omnia de Fide Noui Testamenti.

Iacob.

Iacob. 2. Et dæmones credunt. Alioqui non contremiscerent. Credunt deum unum, & filium quoq;. Habes eorum & fidem & confessionem Marci I.

Petri. Cum non uideritis, credentes tamen. Ut Ioan. 20. Heb. II Christus sedet à dextris Dei, nobis secundum carnem non uisus, sed tantum creditus, & ita creditus, ac si coram appareret.

Cap. 2. Crediderit, credunt, creditis &c. Una fides ubiq; sentitur, quam Apostoli orbi patefecerunt, quamq; nos sanam tuemur ad uersus Iudaicam et Mahometicam disidæmoniam, olim tuiuphaturi.

Ioan. epist. Non secus accipitur q; in Euangelio ipsius. Videlicet, de fide generali, à qua fideles dicimur.

Q VOMODO

V S V R P E T S C R I P T V R A F I-
duciae uocabulum.

PRIMI nonnihil de fiducia me dicturum, siquidem isthuc ad fidei negocium pertinet. Atq; illud cuius cognitissimum esse uelim, Nimirum aliquo modo discrepare fidem & fiduciam. Et fiduciam è fide quasi matre generari, non contra. Tale uel ex Eph. 3. probabile est, ubi dicitur: Per fiduciam quae est per fidem. Nemo enim Deo fudit, nisi qui antea Deum creditit. Fides πιστεως i. persuasio est, qua mibi modis omnibus persuasi, ita esse, ita fuisse quemadmodū sacre literæ tradunt. Fides non ntitur carnalib. praefidijs, utpote sensuinn uisus ac tactus. Fides rationē non consumlit, utpote num quid fieri posbit nec ne. Fides non sciscitatur experientiam, num tale ante factū legatur, aut in memoria hominum sit. Fides non disputat, non disceptat, non disquirit, non cogitationib. im-

D iiiij mora

moratur: Sed quod audit à Deo, planè ratum, planè certum, planè
firmum atq; immotū tenet. Breuiter tam certum ac persuasum est
Credenti, quicquid è Scripturis de Deo prædicatur, q; certum per-
suasumq; habet, se esse mortalem. Huic fidei opponitur Diacrisis.
Rom. 4. Iaco. 1. quā quis dijudicat, nūn ita sit, num fieri queat, num
cæteri quoq; homines id credant, num sapientis sit istud credere, num
per magistratus liceat credere, num per propinquos, num exitum fe-
licem res habitura sit et c. Quod uitij uocamus b. esitare, uacillare, du-
bitare, fide infirmari, labascere, &c. Porrò fides in omnibus creden-
tibus non æque magna est. Alij alijs firmius sibi persuaserunt, alijs
alijs perseverantius in credendo persistant, alijs alijs inuictius obdu-
rant. Abrahæ fides incomparabilis est. Qu'a rem prius inauditam,
impossibilem, contra naturam omnem, atq; adeo absurdam creditit,
mixus Verbo precedente.

Zaccharie incredulitas damnatur, quia non potuit contra Natu-
ram credere Deo, qui maior est ut Mundo ita Natura. Consydera-
bat enim suam & uxoris etatem, ac effeta corpora, non dans glori-
am Verbo auditio.

Fiducia uero sue Confidentialia fortitudo, magnanimitas ac robur
illud est, quo se cor pīj hominis mirando modo in Deum surigit, &
cuius efficacia in Deo secure recumbit. Fiducia innitimus Deo, nō
aliter ac pastor pedo suo, Vnde & fiduciam & pedum sonat He-
brais Misericordia. Alij Mesch, quod est hypostigma, sustentaculum,
fulcimentum. Proinde is recte dicitur Deo fidere, qui huius boniti-
te ueluti baculo robustiss. innititur, idq; per omnia huius uitæ discrimi-
na. Evidem nihil fiducia supereminentius esse potest, Nisi forte ex-
iguum esse existimes, hominem Deo contra fidem fidere, contra spem
sperare, incerta pro certis habere &c? Ascensurus tectum scala ua-
lida

lida confidit. Seſſurus item ſella firmiore, Sic propemodum Deus
ſua potentia, ſua dextra, ſuis ſuppetijs nos uult confidere. Sed scriptu-
ra exemplis efficaciam fiduciae potius deſcribamus.

Quarto Reg. 18. Quae eſt iſta fiducia, qua confidis? Hebre. Bi-
tabon habet. L X X. πεποθηται. Ridetur fiducia qua in Aegypto
collocabatur, tametsi ab eo, qui & ipſe ſuam in homine mortali fi-
duciam ponebat. Vana hæc & fallax fiducia, haud aliter q̄ ſi quis
arundini incubet, ratus ſcipionem eſſe. Apud Iobum cap. 8. eiusmodi
fiducia telis arenearum comparatur. Necesse uero eſt, irritam fore
fiduciam, hoc uidelicet fractio, in quo erat poſita fiducia.

Secundo Paralipome. 14. Super te fiduciam habemus. Hebraic.
N̄ ſeanu. L X X. πεποθηται. Quo uel uno loco adparet, quid sit
fiducia, Nempe qua rex cum exercitu Deo conſtantī animo fi-
debat, quod eſſet populum in prælio impari ſeruaturus. Deus bu-
ic regi uice multarum legionum fuit. Et o creditu diſſicillimam uo-
tem: Dominus pugnabit pro uobis. In pace quiuis credit ac
fidit, at in arduum contractis copijs credere ac fidere D E O,
quem non uideas, & hominibus diſfidere, quos uideas, ampliſſimi
animi eſt.

Cap. 16. Et cum fideres in domino, tradiſit eos in manus tuas
Lingue, ut paulo ante, habent, et idē quoq; hoc loco repetitur ac com-
mendatur regis facinus, à quo tamen degeneraſſe taxatur, abiecta
quippe fiducia in reges homines, quaſi uero illi certiorem opem labo-
ranti ferre queant. Nam arduum non eſſe non potest, inuiſibili dei uir-
tute fidere, uiſibili uero exercitu hominum diſfidere. Imò ſtultū pru-
denti mundo uidetur, niti ibi uelle, ubi nulla ſubſtantia ſive ſubſtētia
apparet: Sicut Petrus in aquis ceu in terra gradiebatur, ea fiducia
Dei ſuffultus. Propter iſtam ſtultitiam, qualem ſcilicet fiducia mun-
dus eſſe

dus esse iudicat, vocatur Hebreis alio nomine Celsiluth, quod Germani affequuntur quoties dicunt, ein torliche uermessenheit. Sed ō felices tales stultos, qui toti se Deo fideli concredere, & huius potentia fidere ausint.

Improbatur rex Aſa, qui confidebat in arte medica, adeo sibi unius fiduciam Deus uendicat. Lege si libet que de fiducia alibi germanis scripsi.

Pſal. 10. In domino confido. Hebr. Hasithi. L X X. πέποιθα.
Pſal. 24. In te confiſus ſum. Hebr. Batathbi. LXX. πέποιθα. Pſal
56. In te confidit anima mea. Hebr. Hasaibah. L X X. πέποιθεν.
Pſal. 117. Melius eſt confidere in domino. Hebr. Lahafoth. Mox in eodem uerſu: Quām confidere in princip. Hebr. Mibetolah. LXX. utrobiq; πέποιθεν. Sic paſsim in Pſalterio. Quā loca omnia excute & probe cognosces, uel ipsa literatura cogente, aliud in ſcripturis eſſe, Deum credere, aliud Deo fidere. Fatebere opinor ubi rem exācte cognoris, quām non pure pſeuđeuangelista doceant, quoties duo bæc temere commiſſent ac confundunt.

Prouerbior. Qui confidit in diuitijs ſuis. Hebr. Boteah. L X X. πέποιθως. Ceterum ſicuti ſacrae literae fiduciam in Deo ponendam eſſe docent, ita contra dedocent fiduciam in non Deo. i. creaturis. Supra eā abſtulit à re medica, hic à diuitijs, quod et Paul. I. Tim. 6. et lob. cap. 31. et dominus ipſe Mar. 10. Pſal. 44. auferit fiduciam ab arcu. Iudith. 7. à lanceis & sagittis. Iudic. 20. à numero exercitus. Amos 6. à monte Samariae. i. munimentis extuctis. 2. Macha. 12. à firmitate muroſū. Pſal. 134. ab idolis conflatis et ſculptis. Pſal. 145 à magistratib. Hiere. 17. à quouis homine. Prou. 28. à corde humano &c. Vtramq; fiduciā et huius effectū cōpendio perſtingit Hies remias, ſuadens alterā ab altera deterrēs. De priore cap. 39. Eruens liberabo

liberabo te et gladio non cades, sed erit tibi anima tua in salutē, quia
in me habuisti fiduciā, dicit dominus. Hebr. ki batahtha bi. L X X.
επεποίθεις. De posteriore cap. 48. pro eo quod habuisti fiduciā in
munitionibus tuis & in thesauris tuis, tu quoque capieris. Hebraice
B. tehech. L X X. επεποίθεις.

Non opus est, chare Lettor, ut per cīnes denū prophetas curſi-
temus inquirendi studio, cum in confesso sit, ubiq; ita reperiri, quem
admodum indicaui paucis.

In Noui Test. libris eodem mō accipitur. Matth. 9. Confide fili.
Ibid. Confide filia. Vt robiq; θέσης. i. aude mihi fidere, seu fiduciā
animo bonā cōcipe etc. Cap. 27. Confidit in deo. Græcus πέποιθεις.
Mar. 6. & Ioan. 16. Confidite Gra. θέσης. Luc. II. & 18. Con-
fidentes πέποιτόθεις. Eiusdem cap. II. crassissime depinxit significa-
tum fiducie. Arma inquiens in quibus confidebat. Iam qui in armis
confidit, si ubi arma adempta fuerint, merito desperat. Nam armis
pro Deo uetus fuerat.

In Paulo nonnunq; in aliū sensū accipitur, uidelicet, humani-
tus, ut quando ait: Confido de uobis. Confidimus de uobis etc. Gal.
5. 2. Thess. 3. 2. Cor. 7. θέσης habet. Alias utitur cōmuni illo πίστεω.
Germanus non male istis in locis reddit: versehen, ut amici amicis
confidunt in re aliqua expediunda. Alioqui in nullo homine haben-
da est fiducia Hiere. 17. nec in fratre quidem Hieremi. 9. Sic alibi
Paul. Multa mihi fiducia erga uos. Itē multa fiducia utimur. i. auda-
culi erga uos sumus, confidimus uos nobis tale ignoturos, Als vuenn
ein gut freund dem andern an seinen bart greissen thar. Huc perti-
nent παρέποντα, quam uocē alij alter interpretatur. Proprie uero signi-
ficat laudatā illam audaciā, qua quis amicū suū exorrecta fronte,
citra uel pudorem uel metum adire audet, fretus nimirū recti consci-
entia,

entia & amicitie libertate. Quem sensum ex Canonica Ioannis lire
quere arbitror.

QVOMODO ACCI- piatur Spes.

Quicquid alij opinentur, certiss. ego sum Spem in arcans lite
ris profiducia accipi, de qua diximus, atq; hoc in utroq; Te
stamento. Id quod non solum contextuum sensus cogit, uerum etiam uer
itas linguarū, præsertim hebraicæ. Vbiq; enim potissimum in Psal
mis ponitur aut Hasah aut Batab. LXX. utrumq; reddunt ἐπομέναι,
aut ἐλπίσαι, qua redditioē motus Latinus interpres p̄ assim Spero pro
confido uerit. Tu mihi lector de hoc quod dico nihil dubites, Nam res
longe certiss. & testimonij innumeris munificissima est.

Aliquando Spes suo in significatu capit, nēpe pro expectatio
ne, qua præstolamur, quod cupientibus nendū obtigit. Sed quoties ita
capitur, peculiarib. notatur uerbis apud Hebreos, ut Iob cap. 17. Im
akueh, id est, si expectauero, Græcus ἐπειπομέναι, id est, Si sustinu
ero. Sic Psal. 144. Oculi omniū in te sperant, Hebr. Iesaberu, id est
expectabunt & quasi inhibunt uidelicet propter escam : quamvis
hoc loco Græcus ἐλπίζοντi habet.

Esaiae 40. Qui autem sperant in domino, Hebr. Koue, id est, ex
pectantes, Græcus ὑπομένοντες, i.e. sustinentes siue sufferentes. Thren.
cap. 3. Sperantibus in eū, Hebr. Lekoue, id est, expectantib. Græci,
ὑπομένονται. Ibidem, Spes. Hebr. Thikuah, id est, expectatio. Ibidem
usurpatur iżbel, quod et ipsum pro præstolari, iā pro sperare, iam pro
expectare & sustinere per scripturas uerti video. Hic græc. ὑπομένει.

Hosee item, ubi nos Spera in Deo. Textus hebr. habet, Expecta
Deum cap. 12. Græcus εὐχόμενος, id est, appropinqua. Quod Esa. 38
Speravi legimus, Tex. hebr. posui habet. Prouer. 11. Mortuo impio
nulla

nulla erit spes. Hebr. Thikuah. Græcus, ἐλπίς. Cap. 13. Spes quæ differtur. Hebr. Thobeleth à uerbo ijhel. Idem nomen uertit Latinus cap. 10. expectatio, & Thikuah præstolatio cap. 23. Idem rursus, cap. 24. Spes redit. Reliquos locos ipse adiice, in quibus spes expectationem significat.

In Nono Test. ad eundem modum accipi animaduerto, ut Lu. 23 Sperabant aliquod signum ab eo, pro expectabant. Item cap. 12. In die qua non sperant. Sic quoq; Matt. 24. Rursus Luc. 6. Nihil inde sperantes. Ad 3. Sperans se aliquid accepturum ab eis, Sic in eodem libro cap. 24. Rom. 8. Subiecit eam in spe. Porrò Græcis in isto significatu ποναρεδοκία item προσδοκία dicitur, non solum ἐλπίς et ποναρεδοκία. In eodem Test. capitulatur spes pro fiducia etiam, Exempli gratia. Ioan. 5. Moses in quo uos speratis, Auff den yr euch verlaßet. Ephe. 1. Qui ante sperauimus. 2. Corinth. 1. Ut nostra spes sit firma, Sic cap. 3. Rom. 4. Contra spem in spe. 1. Timoth. 5. Spes ret in Deum. Cap. 6. Nec sperent in diuitijs. Eodem pertinet Eccl. 31. Qui non sperauit in pecunia; Hebr. 10. Teneamus spem nostræ confessionem, id est, fidei, sicut 1. Petr. 3. De ea quæ in uobis est spe. Hebraico enim tropo fit, ut saepè Apostoli spem dicant, sentientes fidem, quæ uocula nobis tritior est. Da Iesu ut sana sapiamus.

A M E N.

SCOPVS ECCLESIASTICÆ PRÆDICTIONIS.

Qui Christum credis sacro purgate Lauacro:
Cui tua si quadret uita: beatus eris.

LIPSIAE, NIC. FABER, M. D. XXXV.

A 15009 23

OCN 32956018


acrobatic doctor

stroboscopic camera


O. C. Julian Adams photo studio


Census of foreign immigrants etc.


1900, McCay's, 11-22-22




legumine hæc siccij









Sicut vestris iustis et bona
quoniam vestido molles sunt. illis

lucis nigris vestimentis vestiles quoniam
excede posse si hinc laborum vestrum po-
nuntur nescio quod nescio horum accedentes
ad hanc ostendit eam quae facere possunt quia
potest in predicto vestre vestrum per vestrum

Sicut vestris iustis et bona
quoniam vestido molles sunt. illis

lucis nigris vestimentis vestiles quoniam
excede posse si hinc laborum vestrum po-

et tu de appetita decideris

Abi tuum et meum quod est par p[ro]ficiunt
rem[us] n[on] s[ed] d[omi]n[u]m q[uo]d tu diligenter u[er]o amas
te n[on] q[uo]d egit ne[m]e]r[ia]t acutus ne n[on] ap[er]tus
est p[re]ciosus. In h[ab]itu tuis nec summa decolor
s[ed] multa p[re]ciosa p[re]ciosa. h[ab]es et p[re]ciosum et p[re]ciosum
et p[re]ciosum ab aliis que d[omi]n[u]s p[re]cepit ut et p[re]ciosum
et p[re]ciosum ut ad dominandum p[re]ce-
p[re]ciosum non ad servandum ut ad dominandum p[re]ce-
p[re]ciosum et n[on] o[ste]no de te et i[n]te]ra et i[n]te]ra et i[n]te]ra
accipitioribus. ut q[uo]d est p[re]ciosum et acci-

